



N. Hemmingius
Assertiones
De Scandalo.


Hafniae 1566.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 784 8°




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 784 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 784 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 784 8°





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 784 8°

4-66

LN 784







S
I

ASSERTIONES
DE
SCANDALO
IN DISPUTATIO.

nem propositæ

à

Nicolao Hemmingio,

in Martio,


Anno 1566.



HAFNIÆ,
Excudebat Laurentius
Benedictus.



1



VM CHRISTVS
dicit: *Necesse est venire*
scandala, & vobis homini
per quem venit scandalū,
non solum significat magna pericula
fore ecclesiæ à scandalis, sed etiam
denunciat grauissimas pœnas scan-
dalorum authoribus.

2

Verum quia non omnia scandala
sunt vnius generis, nec omnia æquali
reatu obstringunt, opere precium est
rectè scandalorum genera distingue-
re & explicare.

3

Scriptura has voces vsurpat,
σκάνδαλον πρόσκομμα & ἐγκοπὴν
Scandalum propriissimè significat
Tigillum in instrumentis, quibus ca-
piuntur mures, Vulpes, Lupi &c.
Vnde ecclesia nomen transtulit ad in-
sidias seu tendiculas quibus capiuntur
tur

STVS
venire
hominis
andali,
pericula
etiam
is scan-

tur homines veluti bestiae tendiculis,
πεδοσκομμα proprie est cum in via
aliquid obijcitur pedibus, in quod in-
currens impingit aut cadit, unde ma-
la exempla veluti saxa quaedam sunt
in quae incurrentes impingunt. εγχοπη
ipsa offensio est seu impactio.

andala
equali
um est
ingue-

urpat,
κοπη

Erit igitur scandulum genera- 4.
tim, quicquid alicui vel causa vel oc-
casio offensionis est. Hoc est, quic-
quid impedit quo minus inoffenso
cursu pergamus in lege Domini.
Nam quae ita offendunt sunt veluti
tendiculae, seu obices quibus in via
Domini ad casum impellimur.

nificat
us ca-
c.

ad ma
prim-

tur

Bernardus duplex scandalum 5.
facit videlicet, Interius & Exteri-
us, Interius vocat cum Vetus homo
offendiculum prebet nouo homini.
De quo interpretatur dictum Domi-

A 2

ni,

ni, Matt: 5. Si oculus tuus dexter scandalizat te erue illum &c. Vbi per oculus manum & pedem intelligit concupiscentias prauas, quæ sæpè nouum hominẽ molestant vt inoffenso cursu non pergat in via Domini. Exterius definit quod foris accedit & prebet vel causam vel occasionem ruinae.

6 Hoc exterius scandalum de quo potissimum Theologi disputant, est duplex, videlicet datum & acceptum, in utroq; duo spectanda sunt, scilicet, materiale hoc est, factum ipsum, & formale, hoc est, imitationis seu offensionis occasio, vnde scandali nomen est.

7 Datum scandalum est cum aliquis efficacem causam lapsus alicui dat seu prebet, hoc, si materiale spectes,

tes, a
hoc e
aut e
temp
tra c
pecc

stus
na, s
stus
tri r
firm
dict
dala
pegi

exce
sion
om
qu

tes, aut oritur ex facto per se malo, hoc est, disertè prohibito lege Dei: aut ex facto in se adiaphoro, sed in tempestiuè vel facto vel omisso contra charitatis regulam. In illo duplex peccatum, in hac simplex est.

De priori genere loquitur Christus 8 ad Petrum: vade post me Sathana, scandalo es mihi. Etsi enim Christus non impedit: Tamen dictum Petri reuera offendebat, & potuit infirmis occasio esse ruinae. Fuit ergo dictū Petri actiuum & datum scandalum, etsi passiuè Christus non impedit.

Hoc scandali genus datum malo 9 exemplo, hoc est, actionibus vel omissionibus pugnantibus cum lege Dei, omnes quibus salus curæ est non secus quàm infernum ipsum cauere debent.

A 3

Hoc

10 *Hoc est illud scandalum, quod tam multis prebet occasionem precipitij in æternam mortem. Huic omnes hæreses, omnia flagitia, breuiter quicquid aduersatur dilectioni Dei, & dilectioni proximi subijcitur.*

11 *Authoribus huius scandali Christus δεηνώδεις illud ἐπιφθεγμα veb accinit. Et addit, melius esse homini illi, vt alligata mola asinaria collo eius submergatur in profundum maris.*

12 *Variat & hoc genus scandali pro personarum differentijs. Nam si datur à persona quæ versatur in mundi theatro, & in aliqua dignitate est constituta, magis nocet exemplum & pluribus ruinam adfert, quàm si priuatam vitam ageret, aut alioqui obscura esset persona.*

sona.
rit sa
plura
nior fa
digni
plures
cadit
mære
grau
cuis.
Paul
lizat
nibus
scana
lus c
rebus
earu
nus e

sona. Vt enim quo ingentius fuerit saxum cadens ab alta rupe, eò plura fragmenta facit: Ita quo dignior fuerit persona, & in sublimiori dignitatis culmine constituta, eò plures in lapsum secum trahit cum cadit, quare & maiorem pœnam mœretur, vt David ob adulterium grauius punitur, quàm obscurus ciuis.

De posteriori genere loquitur 13 Paulus cum inquit, Si esca scandalizat fratrem meum non vescar carnis in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Non enim vult Paulus cum offensione proximi vel vti rebus Adiaphoris, vel abstinere ab earum vsu.

Verum hîc triplex hominum genus considerandum est, quidam enim

A 4 sunt

sunt docti Christianam libertatem,
ideo firmi habentur, his non est scan-
dalo factum adiaphorum, sed potius
gaudio & consolationi. Nam ex mu-
tua firmitudine in negotijs pietatis
non parum gaudent verè pij, quidam
sunt obstinati & indociles, quales fu-
ere Pharisei de quibus regula Christi
notanda est: Sinite eos quia cæci sūt
& duces cæcorum. Quidam sunt in-
firmi & veluti pusilli in schola Chri-
sti, horum ratio habenda est in vsu
Adiaphororum. Nam qui cum scan-
dalo talium, hoc est infirmorum uti-
tur rebus Adiaphoris charitatis le-
gem violat & fidem Christi abijcit.

15 Bernardus hoc etiam compro-
bat: Non omnium (inquit) scanda-
la æqua lance sunt pendenda. Aliter
namq̄ accipienda sunt pusillorum,
ali-

aliter
quipp
rum
scanda
ciunt
in reb
cet fa
vult e
non,
mine
tè fac
homi
aliu
eccle
rum
prin

libertatem,
non est scan
sed potius
Nam ex ma
tys pietatis
py, quidam
qualis fu
cula Christi
ia caeci sūt
am sunt in
bola Chri
est in usu
cum scan
rum vti
ritatis le
abicit.
compro
scanda
Aliter
llorum,
ali-

aliter Phariseorum scandala. Illo⁴
quippe scandalum de ignorantia, ho
rum vero de malicia descendit. Illi
scandalizantur, quia veritatem nesciunt, hi quia veritatem oderunt.

Apostolus duo considerari vult ¹⁶
in rebus & actionibus medijs, videlicet factum & fidem, factum liberum vult esse, si caret scandalo, alioqui non, fidem semper approbat.

Acceptū scandalum est quod ho¹⁷
mines sibi accipiūt, vel ex aliorū recte factis, vel ex alijs rebus quibuscūq.

Sed hoc variat, Nam aliud est ¹⁸
hominum sapientum extra ecclesiā, aliud hypocritarum in externo cœtu ecclesiæ, aliud piorum sed infirmorum in ecclesia.

Mundi sapientes offenduntur ¹⁹
primum infirma specie Christi, De

A 5

inde

inde absurditate doctrinae quam tradit ecclesia, nos (inquit Paulus) praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, Graecis vero stulticiam. Tum, mole ærumnarum quæ comitantur professionem Euangelij, præterea dilatione promissionis aduentus Domini.

20 Horum scandalum contemnendum est forti & inuicto animo, & sequenda est regula Ieronimi qui ita ait: Dimittendum est propter scandalum omne quod potest præmitti salua triplici veritate, scilicet vitæ, iusticiæ & doctrinae. Et Bernardus piè dicit. Melius est vt scandalum oriatur, quàm vt veritas relinquatur.

21 Hypocritæ, mortua ecclesia membra, quia operibus suis nituntur,
doctri-

doctri
ta pio
fin, bo
sperner
Inj
dalum
& proy
uid P
pedes,
quia z
cem im
minum
non aff
perbia,
veste
Ergo
lani in
S
Hoc I
Psaln

quam tra
Paulus)
ucifixion,
Græcis
ole erum
fessionem
tione pro
i.
ntennet
mo, & se
ui qui ita
ocer scan
etermit
ilicet vi
Et Ber
ut scan
ritas re
ecclesia
itatur,
doctri

doctrinæ iusticiæ offendentur & vi-
ta piorum contemnentium hypocri-
sin, horum scandalum vt abominatio
spernendum est.

Infirmi in ecclesia accipiunt scan- 22
dalum à florenti impiorum fortuna,
& prospero rerū successu. Vnde Da-
uid Psalm : 73. Mei penè moti sunt
pedes, penè effusi sunt gressus mei
quia zelo ardebam super iniquos, pa-
cem impiorum videns, in miseria ho-
minum non sunt, & cum hominibus
non affliguntur. Ideo tenuit eos su-
perbia, operti sunt violentia tanquã
veste &c. Et Paulo post subiungit :
Ergo frustra mundavi cor meum, &
lavi in innocentia manus meas.

Sed quid hic infirmi facient? 23
Hoc David preclarè docet in eodem
Psalmo cum inquit. Cogitabam (in-
quit)

quit) vt scirem hoc, sed difficile erat
in oculis meis, donec veni in sanctua-
rium Dei & animaduertem in no-
uissima eorum.

24 Hic David duo requirit ab in-
firmis qui offenduntur prosperitate
impiorum. Primum vult nos intro-
ire in sanctuarium Dei. Deinde iu-
bet nos in nouissima impiorum ani-
maduertere.

25 Sanctuarium Dei est ecclesia,
cui commendata est sapientia illa ar-
cana de consilio & voluntate Dei.
Hæc sapientia nos ita erudire po-
test, modò dociles nos prebuerimus,
vt facile contempta prosperitate im-
piorum credamus inuisibilia, spere-
mus promissa, amemus Deum, atq;
illi adhærentes, dicamus cum Psal-
mista: Mihi adhærerere Deo bonum
est,

est, pe
am ve
A
piorum
num
stroph
te han
tur ad
media
Dei,
vite
vitam
F
emul
reg in
rant
scienc
repoj
forte

est, posui in Deo Domino spem meam
am ut annunciem omnia opera eius.

Animaduvertere nouissima im- 26
piorum est conferre finem tristissimum
impiorum cum letissima catastropha
piorum. Ut enim impij morte hanc
vitam commutantes rapiuntur ad
æternum exitium: Ita pij in
media morte sentientes præsentiam
Dei, ducatu angelorum ex præsentis
vitæ miseris migrant in æternam
vitam.

Hæc cum pij cogitant desinunt 27
æmulari in malignantibus, inuide-
re, iniquitatem facientibus, & spe-
rant in Domino & faciunt bonum,
scientes hæreditatem suam in cælis
repositam esse.

Hoc cum sanctus Iob cogitaret, 28
fortuna impiorum contempta, in me-
dijs

dijs ærumnis in hanc vocem erupit:
Scio quòd redemptor meus viuat &
in nouissimo die resurrecturus sim.

28 Hunc exitum piorum & impio-
rum commendat nobis Dominus pro-
positis exemplis purpurati Epulonis,
& vlcerati Lazari, quorum illum
luctus excepit sempiternus, hunc an-
gelorum chorus in cælum subuexit,
vbi æternum beatus viuet.

29 Finis omnium quæ hætenus à
nobis proposita sunt, est vt animis
nostris verbo Dei confirmatis, &
moribus nostris ad normam legis di-
uinæ compositis simus sinceri &
ἀπρόσκοποι in diem Christi, pleni
fructibus iusticiæ, quæ fiunt per
Christum Iesum in gloriam & lau-
dem Dei.

Questio

Hic incipit liber secundus de iure, sicut
tabulas ferre et effigies destruxit
Abdas
QVÆSTIONES. 1º Abdas utrum
demolens pyraea persica

Num natura adiaphora, usu fieri
possint necessaria nec ne?

Num quia iustum est destrui idola,
ideo recte fecit Abdas demoliens
pyraea persica? *si edificata*

Num Laurentius potuisset bona
conscientia tradidisse tyranno the-
saurum ecclesie nec ne? *utrum*

*Oia sunt in prout
sunt in illis. Oia sunt in prout
sunt in illis.*



*livi et tyranni dicitur
7 bona nuda.*

[Faint, illegible handwritten text in a medieval script, possibly Gothic or Carolingian minuscule, covering the majority of the page. The text is arranged in several lines, with some larger initials or headings that are difficult to decipher due to fading and bleed-through.]

